

llum, & peccatorum cum ex charitate non sint, veluti ex vitia radice procedentia infecta esse, atque peccata ajunt: Hinc vel ipsam timorem gehennae quo peccator ad conversionem disponitur, ac jusque reliquos qui a charitate non oriuntur, cujusque generis sint, vera peccata esse definiunt. Hac de causa ajunt, liberum arbitrium sine sanctificante gratia non nisi peccatum operari posse, atque gratiam omnem extra dominantem charitatem, etiam sufficientem, excludunt. Hæc indicasse sufficiat, ut inde concludere clare possim, toto caelo Thomistarum, Augustiniansium, aliorumque Theologorum opiniones, ab horum Novatorum erroribus dissidere. Nam ut incipiam à libero arbitrio.

39 Quis ex his est, qui Adami peccato extinctum asserat? Numquid illud perimit gratia efficacis? At hæc infirmo, & attenuato arbitrio à Deo datur, ut illud roboret, adjuvet, perficiat, modo tamen ejusdem indoli consentaneo, libero scilicet, cum libera sit illius indoles; Gratia enim efficacis, quæ lapsis hominibus datur, medicinalis est, neque præsumi potest, peritum medicum cognito ægroti morbo medicinam porrigere, quæ illum occidat. Quis ergo credat, Deum divinum medicum, cui arbitrii infirmitas cognita est, congruam medicinam non porrigere? Si Adami peccatum non extinxit arbitrium, numquid medicina divina illud interficiet? Si non occiditur per venientiam, inquit Prosper, numquid per medentem? Quod medicus gravi infirmitati, natura sua efficacis remedium porrigat, ideone ægroti natura detrimentum accipiet? Paucis dicam, efficacis gratia actio est Dei Omnipotentis, qui non tollere, sed roborare, juvare, perficere vult libertatem; ergo perficit, non minuit, non extinguit: alioquin effectus infirmæ causæ virtuti non responderet. Dices: intellectu difficile est, qua ratione id cum arbitrio concilietur. At mysterium est, ut ait S. Augustinus, quid ergo mirum?

40 Hæc vero non ad Thomistas tantum, sed etiam ad Augustinianos pertinent. Si enim medicinalis efficacis gratia à Deo ad perficiendum libertatis usum destinata est, sive hæc præmotio dicatur, sive divina inspiratio, sive dilectio, sive delectatio pravæ, ac victricis, semper Dei actio est, atque effectum parit, quem Deus vult. Quid, si dicant, moralem necessitatem afferre præviam prædominantem delectationem? Quis unquam hæc proscriptit opinionem? Sed ut os obsternatur imperiis nonnullis, quibus Sorbonicus ille Turnellus imposuit, dum asseruit, delectationem superiorem, seu relative victricem basim constituere.

42 Janseniani systematis paulo fusi rem agam. Opinio hæc, damnata jam Janseniana hæresi, propugnata fuit à Basilio Pontio, Augustino Burgensi, Mansio, Macedo, Haberto, Cardinali Lauria, Cardinali Norisio, aliisque; & Romæ sub oculis Pontificis Summi tradita, & propugnata fuit ab Augustinians, & Monachis Cassinensibus, ac asserta, & typis tradita à Laurentio Bertii, aliisque. Numquid passa id fuisset Apostolica Sedes, cujus judicio Janseniana hæresis damnata fuit, si res ita se haberet, ut Turnellus asserit? Immo pluries hæc doctrina expensa fuit, ac post illius examen, Norisius Cardinalis renantiatus fuit, ac Bertii laudatus. Sed anon Moliniani ipsi propugnant gratiam relativam, comparatam malitiæ gradibus, quæque respectu Syriorum est efficacis seu victricis, & respectu Corozitarum inefficax est? Numquid hæc à Jansenianis differt, quia gratiam, non vero inspirationem, lumen celeste, sanctam delectationem vocant? At hic non est de hominis appellatione contentio. Itaque cum jam sit notum, Jansenium extinctum asserere arbitrium per peccatum Adami, jam patet fundamentum systematis: ac delectatio illa victrix in Jansenio non potest libertatem, quæ non est, tollere, sed naturam necessarie operantem hæcere debet; ut ab aliis vero usurpata, juvat, fovet, perficitque libertatem, ut alia quæcumque efficacis gratia.

43 Dissident præterea Thomistæ, Augustiniani, aliique ab istis Novatoribus: Quia isti præter dominantem charitatem, nullam aliam gratiam agnoscunt, ac sufficientem damnant. Contra vero Thomistæ sufficientem ad-

struunt, quæ vere potentiam perficit, ac dat posse operari, atque hæc ab efficacis diversam statuunt, concessamque asserunt non prædestinatis tantum, sed catholicis, hæreticis, ac etiam fidelibus, licet nonnullis eorum cum aliis catholicis sentiant, non dari parvis decedentibus in vitio matris, ab obcaecatis nonnullis peccatoribus, & infidelibus. Quia in re consentientes quæque habent Augustinianos, qui gratiam sufficientem, usurpata ab Augustino phrasi, etiam parvam vocare solent, quod concupiscentiæ conatus non vincat: Differunt vero isti à Thomistis, quia sine novo auxilio, hæc satis esse ajunt ad operandum, si homo velit, ut gratiam uberiorem ad vincendum aptam obtineat.

44 Aliud est Augustiniansæ doctrinæ caput, quod cum damnatis erroribus aliqui imperiti confundunt, quod scilicet ille doceant, hominem teneri ad actiones suas humanas in Deum ultimum finem dirigendas, nec posse eas ita in Deum referre sine gratia. At à Jansenianis, Bajansisque hæc opinio longe diversa est, cum Augustiniani dicant, tantum vel actu vel virtute in Deum referendas; cum adstruant, præsto esse infidelibus, & peccatoribus etiam saltem non obcaecatis, gratiam, qua ita actiones dirigant suas, cum fateantur, non ita esse mentem ab originali culpa depravatam, ut motus aliquos bonos natura sua habere non possit, ac non habeat, & ut gratia destituta necessitate ad peccandum trahatur. Nam beatitudinis amor qui in natura est, bonus est naturæ motus, & si qui sint actus, qui ad Deum non referantur juxta Augustinianos, non sunt mali, ac lethalia peccata, quæ ab infecta dominante cupiditate inficiantur, sed mali tantum dici possunt ob defectum rectæ ordinationis, ac fere semper culpa venialis, ac levisima sunt. Rursus gehennæ metum in poenitentem bonum, ac salutarem fatentur, & Novatores hæc in re validissime confutant, licet asserant esse præterea ad justificationem obtinendam necessariam initialem charitatem, qua & Deum poenitens diligere incipiat, & sese à creatura avertere, atque convertere ad Creatorem. Hæc opinionem censura notari posse videtur Apostolica Sedes, ut videre est in superiore appendice. Vides ergo, quam late distent Catholicorum opiniones à damnatis sententiis.

45 Sed unum adhuc monendum superest, scilicet, notandos non esse Catholicos, qui salva fide, qua credimus hominem justificari per gratiam eidem inherentem, gratiam ei necessariam esse ad bene agendum etiam ad initium fidei, eamque iis conferre omnibus, quos supra diximus, atque hæc arbitrii libertatem juvare, & roborare, non adimere; diverso à recepto in scholis modo supernaturalium donorum, & gratiæ interioris naturam explicant. Nam id Philosophi potius munus est modum declarantis, quo actiones nostræ fiant, habitusque anima insit, quam Theologi revelationem unice proponunt, atque consecutiones ex ea deducunt. Quis ergo reprehendat illos, qui sanctificari animam per charitatem asserant, & charitatem esse vel Dei in nobis permanentem actionem, vel inspiratam divinitus electionem, quæ naturam elevet, elevatam ad Deum amandum, ejusque amore agendum inclinet, adjuvetque etiam ut vere actu diligatur Deus, vel Dei amore quidquam agatur: Si hæc salva libertate fiant, quid est, quod damnari possit, præsertim cum aliæ etiam divinæ in homine gratiæ operationes, juxta definitam ac Ecclesiæ doctrinam explicentur? Dum necessitas gratiæ salvatur ad initium fidei, ad sanctitatem, ad credendum, sperandum, agendumque ut oportet, liberata una cum gratia operante, & mysterium in concilianda gratia cum libero arbitrio salva fides ac Ecclesiæ doctrina est.

46 (Qui voluerit verba dicarum constitutionum, quæ incipiunt Unigenitus, & Pastoralis: animadvertente, ad lit. C. se conferat, ibique verb. Constitutio Unigenitus: reperiet utramque noviter additam.)

GRATIA, UT EST GRATIOSUM RESCRIPTUM. SUMMARIUM.

- 1** Gratia à Papa concessa, eo mortuo, non revocatur, etiamsi adhuc res integra maneat: an de gratia facta, vel facienda: pro quo tempore daret facta ad beneplacitum concedentis: an ad Sedis Apostolicæ beneplacitum: qua observantia in gratia concessa cum clausula donec revocaverimus, donec aliud duxerimus ordinandum, ad num. 8.
- 2** Quando tenet, & perficitur: ad quid scriptura: quid, si per Pontificem prædecessorem concedatur, sub forma Rationi congruit: expediendi literas hic modus à jure communi provenit: clausula Et nunc pro extinguitur gratiam non suspendit: cujus effectus, & gratiæ conditionalis, quomodo est regulanda, ad numer. 27.
- 3** Quia probatio in gratia effecta: cessante conditione ejus cessat, purificata, subsistit: quid cum limitatione aliqua: clausula varia in gratiarum concessionibus signatur, & qui ejus effectus, ad num. 60.
- 4** Addition. interuntur, ad num. 85.

GRATIA, quam Papa concessit, eo mortuo non revocatur, etiamsi adhuc res integra maneat; cap. Si super gratia 9. de offic. Delegat. in 6. ibi: Ipsa gratia, licet nondum sic in ejus executionem processum, morte non perimit concedentis; cap. Si cui 36. de præbend. eodem in 6. ibi: Hujusmodi concessio (quam, cum specialem gratiam continet, decet esse mensuram) non expirat, etiam re integra per obitum concedentis, Gonzal. ad regul. 8. Cancellor. glor. 12. in princip. numer. 33. & sequent. ubi in pluribus exemplis hoc ipsum demonstrat, Barbos. de offic. & potest. Episcop. lib. 1. num. 8. Card. de Luca de pension. disc. 1. num. 25. Reiffenstuel lib. 1. Decretal. tit. 3. num. 250. ubi testatur de communi circa gratiam jam factam, ut supponit nostra conclusio. Secus autem circa gratiam faciendam, id est quando rescriptum apostolicum continet gratiam primum faciendam, seu concessam non in proprium recipientis literas, sed in alterius dumtaxat favorem, qui tunc ejusmodi gratia facienda expirat morte concedentis re adhuc integra, textu expresso in cit. cap. Si cui 36. de præbend. in 6. §. final. ibi: Secus si super provisione certa persona facienda sit data potestas eidem non ob suam, sed ejus cui provideri mandatur, gratiam, vel favorem, illa quidem expirat omnino, si concedens re integra moriatur. Et ratio disparitatis est clara, quia circa gratiam jam factam, seu quando rescriptum apostolicum continet gratiam factam, jam illi, cui talis gratia facta est, fuit jus acquisitum, quod non decet ei amplius auferri ratione solius mortis concedentis. Et contra vero circa gratiam faciendam, seu quando rescriptum apostolicum continet gratiam primam faciendam, nulli adhuc jus questum fuit; unde nullum est inconveniens, quod talis gratia veluti primam faciendam expirat morte concedentis re adhuc integra, seu cum in ejusdem executione necdum ceptum est procedi.

2 Gratia facta ad beneplacitum concedentis durat, donec ille eam revocaverit, quia isud beneplacitum nulli subjacet legi, adnotat. in leg. Fideicommissa §. Quamquam; ff. de Legat. ibi glossa verb. Volverit: in Nat. consil. 608. num. 5. nol. 3. Cohier. de jurid. ordinaria in exemption. part. 3. quest. 5. num. 3. Barbosa clausula 3. num. 2. & alii passim. (Vid. add. his. verb. Legatum, & Testamentum.) Aut donec ipse concedens moriatur, quia morte voluntas solvitur, & extinguitur, textu expresso in cap. Si gratiose 5. de Rescriptis, ibi: Hujusmodi gratia per ejus obitum (per quam ipsius beneplacitum omnino extinguitur) eo ipso expirat. Et sic communis Doctorum cum Barbossa loc. cit. & Reiffenstuel loco cit. num. 260.

3 Card. de Luca dire. 40. num. 4. Gratia concessa ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, aut interim, dum Sedes Apostolica voluerit, non expirat morte Papæ conceden-

tis, sed opus est expressa revocatione, textu expresso in dicto cap. Si gratiose: ibi: Secus autem si usque ad Apostolicæ Sedis beneplacitum gratia concedatur prædicta; tunc enim quia Sedes ipsa non moritur, durabit perpetuo, nisi à successore fuerit revocata; Sic etiam communis cum præcitat. Si gratia fieret, & concederetur ad beneplacitum personæ, & dignitatis, quæ perpetua est, aliqui volunt, quod præponderet dignitas, & sit quod illa gratia minime extingatur morte concedentis, cum dignitas sit perpetua; (verb. Deleget, in addit. nov. his. verb. Oppositio: in fin. vers. 2.) Ite Joan. Andr. in dict. cap. Si gratiose num. 6. in fine. Alii autem volunt, quod præponderet nomen quod præcedit, & sic quod gratia non extinguatur, si præcedat nomen dignitatis; argum. cap. Quoniam 14. de Offic. & potest. Judic. Delegat. quia dignitas non moritur, neque variatur per mortem, & variationem personæ; cit. cap. Si gratiose 5. de Rescript. in 6. & quod extinguitur, si præcedat nomen personæ, quia tunc sequitur personam, & veluti accessoria extinguitur cum persona argum. cap. Privilegium personale 7. de regul. Juris in 6. & cap. Accessorium 12. de regul. Juris etiam in 6. (Vid. lit. A. pag. 38. col. 2. & pag. 39. col. 1. ac lit. D. pag. 104. ex num. 53.) Et sic tenet Imola in dict. cap. Si gratiose, ut eum referunt Dominicus ib. num. 5. & Francl. in fine, Barbossa loc. cit. num. 6. Gratia concessa cum clausula donec revocaverimus, donec aliud duxerimus, & hujusmodi, durat perpetuo, nisi à concedente, vel successore ipsius revocetur, neque expirat morte concedentis; Sic Barbossa claus. 43. num. 21. Theodor. de Rubr. in singul. Rota tom. 2. part. 4. claus. 290. Reiffenstuel loc. cit. num. 263. Menochius de arbit. Judic. lib. 1. quest. 69. num. 12. citans communem aliorum contra Bartolum: Et ratio est, quia ad revocationem requiritur actus positivus contrarius, qualis non habetur per solam mortem concedentis, nam aliud est voluntatem cessare, & aliud eam revocare. Prius fit per mortem; lib. 4. ff. Locati; posterius autem requirit factum quoddam, nempe novam dispositionem, & expressionem ipsius revocationis; Menochius consil. 360. num. 9. cum aliis, Barbossa loc. cit. Reiffenstuel loc. cit.

Gratia solo verbo Papæ perficitur etiam literis non expeditis cap. Inquisitionis 25. quest. 1. Clementin. Dudum de Sepulturis §. ultim. Archidiacon. & Joan. Andr. in proem. 6. Decretal. Felin. in cap. In nostra in fin. de Rescript. Pyrhus Corrad. Praxi dispens. Apostolic. lib. 1. cap. 6. num. 4. Rota part. 1. rec. decis. 585. num. 2. part. 7. decis. 218. num. 7. part. 8. decis. 79. num. 21. Gratia recipit robur, & virtutem suam, & regulatur à sola signatura Papæ à die ejusdem datæ; Rota part. 2. decis. 327. unum. 1. & seq. part. 8. decis. 70. num. 17. part. 17. dec. 270. n. 4. part. 18. tom. 2. dec. 469. num. 5. part. 19. tom. 2. decis. 648. num. 4. Gratia Papæ per solam signaturam perficitur; Rota part. 6. decis. 38. num. 80. & sequent. part. 17. decis. 270. num. 5. Scriptura autem, seu literæ apostolicæ requiruntur tantum ad probationem gratiæ; Rota loc. mox citatis, Mascard. de probationibus conclus. 843. num. 10. Pyrhus Corrad. loc. cit. num. 7. Gonzalez. ad regul. 8. Cancellor. Gloss. 2. num. 47. ubi dicit, quod in lingua principis stat gratia, & in scriptura testimonium, & in executione commodum. Gratia concessa per Pontificem Prædecessorem absque expeditione bullarum est exequenda per successorem expeditis literis sub forma: Rationi congruit, Card. Petra tom. 5. in comment. in constit. 1. Prii 11. num. 12. ubi tradit etiam tenorem talium literarum; Rota part. 12. dec. 121. num. 5. & habetur ex regula decimi Cancellariæ, in qua super literis non expeditis à duobus Antecessoribus Pontificibus tantum. Unde regula tantum quoad nominatos Pontifices suffragatur, quia ceteri non nominati exclusi censentur; Amyden. de stylo Datarie lib. 1. cap. 21. num. 14. Card. Petra loc. cit. num. 15. & alii passim.

Hæc regula Cancellariæ, seu hic modus expediendi literas ab antecessore, seu antecessoribus non expeditas, desumptus fuit ex Jure communi, in cap. Literis, de Rescriptis. Ex quo canone arguunt DD. Pontifices

ces successores ex congruenti ratione debere exequi gratias, quas concesserunt Prædecessores, & morte præventi exequi non poterant; Barbos. in cit. cap. Literis num. 5. Mandos. in regula de literis in forma rationi congruit expediendis quest. 2. num. 5. Rosa de execut. literarum apostolicarum part. 1. cap. 2. num. 1. & sequent. Card. Petra loc. cit. num. 16. Hinc novus Papa nullam facit gratiam de novo, sed solum testatur de gratia concessa, vel exequitur eam, juxta verba Gregorii IX. in cit. cap. Literis: ibi: Cum factum Prædecessoris nostri potius, quam nostrum fuerimus proteculi. An ista expeditio requirat, ut supplicatio sit signata tempore antecessoris, vel sufficiat, si gratia sit facta solo verbo Papæ? Variant Doctores; Rebuffius ad regul. 10. Cancell. num. 8. dicit vidisse hujusmodi literas expeditas per successorem super gratia viva voce facta ab antecessore, sed Jure probata; Mandos. loc. cit. quest. 11. affirmat in gratia etiam verbo facta, si Papa statim moriatur, vel æger fiat usque ad mortem, ut expeditantur istæ literæ in forma: rationi congruit; Secus si diu supervivat, quia sibi imputet impetrans, si supplicationem signari omiserit; Glossator antiquus hujus regulæ decimæ num. 2. quem sequitur Amyden loc. cit. num. 18. dicit non posse expediti has literas, nisi in gratia per supplicationem signata; Corrad. vero citatus à Card. Petra loc. cit. num. 21. dicit, quod si Papa mandaverit expediti, Jure expeditentur sub ipso; sed ex stylo non solent expediti hæ literæ, nisi signata fuerit supplicatio tempore antecessoris, quia mora non obtinendi supplicationem signatam debet impetranti nocere, quia ex regula 25. juris in 6. Mora sua cultores est nociva, (Vid. art. 4. verb. Emptio num. 15.) & idem docet Rosa loc. cit. num. 25. Card. Petra loc. cit. sub num. 21. ubi dicit, quod vere si deberent expediti literæ hujusmodi, super gratia solo verbo facta, plures fraudes occurrere possent pro probanda tali gratia per te etis, aut alio modo.

19 Hinc inolevit mos, quod supplicationes signatæ statim mortuo Papa consentiantur collegio Cardinalium sigillatæ, ut præsententur futuro Pontifici, & sic supplicatione signata gratiæ non expirat morte Papæ concedentis, etiamsi literæ expeditæ non sunt, sed sunt expediendæ per Papam Successorem sub dicta forma: rationi congruit; Rota part. 18. tom. 3. dec. 808. num. 15. Card. de Luca de pensionibus disc. 44. num. 6. Rota loc. cit. n. 18. & 24. Card. Petra l. c. sub n. 21. & alii passim.

20 Gratiam non suspendit clausula: Ex nunc prout est

tund, quando est apposita in collatione de vacanti; secus si de vacatura; Cassad. dec. 3. num. 15. de præbend. Crescent. dec. 7. num. 13. & 19. de concess. præbend. Archill. dec. 7. num. 4. de renunt. & fuit dictum in una Herden. Canonizat. 25. Octobris 1597. coram Card. Pamphil. ut referunt Mart. clausul. 54. num. 2. Aloysius Ricc. in Coll. dec. part. 1. Colleg. 753. in princip. Barbosa clausul. 61. num. 5. Dicta enim clausula operatur, quod unum tempus alteri inesse dicatur; Rota part. 3. dec. 770. num. 3. part. 5. tom. 1. dec. 350. num. 9. & communis Doctores. cum Barbosa loc. cit. num. 6. Gratia expectativæ concessa cum clausula: Ex nunc prout ex tunc, retrotrahitur ad tempus datæ ipsius gratiæ; Felia. in cap. Licet causam num. 6. de probat. Alexander consil. 211. num. 23. unde perinde est, ac si Papa tempore datæ primam gratiam contulisset; Crescent. dec. 4. lib. 2. aliis dec. 7. num. 13. de concessione. præbend. Ferrer. consil. 314. num. 7. lib. 2. Barbosa loc. cit. num. 7. Rota in Antoniana Canonizata 8. Octobris 1592. coram Penna. Gratia ita dicitur perfecta, si Papa concordat expectativam de beneficio vacatum cum clausula; Ex nunc prout ex tunc, ut non expiret morte concedentis, ut fuit dictum in una Calaguritana Canonizata 1. Junii 1591. coram Penna, cuius meminerunt Gonzalez Regul. 8. Cancellar. Gloss. 12. num. 42. ver. Sic etiam: Lotter. de re beneficiar. l. 1. q. 29. num. 74. Barbos. loc. cit. num. 9.

Gratia conditionalis expirat per mortem Papæ concedentis ante illius purificationem; Card. de Luca de pension. disc. 1. num. 13. Gratia dicitur conditionalis per tactam conditionem, si preces versitatis nitantur; Rota part. 13. dec. 352. num. 1. Dicitur etiam conditionalis emanata cum clausulis, Ut asseris, Dummodo, Constat, Si ita est, & hujusmodi aliis; Rota part. 5. tom. 1. dec. 142. num. 5. part. 7. dec. 157. num. 3. & part. 17. dec. 42. num. 2. part. 19. tom. 1. dec. 379. num. 9. Gratia concessa sub aliqua conditione, regulari debet ab ipsa conditione, Rota part. 11. dec. 256. num. 6. part. 14. dec. 436. num. 86. Ad quem effectum requirit præcisam, & concludentem justificationem; Rota part. 7. dec. 157. num. 3. part. 12. dec. 341. num. 2. part. 14. dec. 15. num. 12. part. 19. tom. 1. dec. 379. num. 9. & 10. Et interim stat in suspensio, nec capi potest alia provisio, donec per necessarias probationes verificetur; Rota part. 10. dec. 122. num. 21. part. 19. tom. 1. dec. 379. num. 10. Hinc fit quod gratia conditio-

Officia cum temporalia reipublicæ conferri, aut provideri absque eorum vacatione, renuntiatione prævia sit prohibitum, consequenterque non fuerit consentaneum pro expectativis concedi, nisi de patre fiat provisio ad filium; (1) quid mirum censetur, si literæ, aut bullæ in executionem expectativarum per Summum

(1) L. 13. tit. 10. lib. 5. Es nuestra merced, y mandamos que no se pueda hacer, ni haga merced de ningún officio, antes que el tal officio vacue: L. 3. tit. 3. lib. 7. Mandamos que no se pueda hacer merced, ni dar para ello expectativas de officios, alcaldas, regimientos, ni escribanias, aunque sean de las nuestras Audiencias, ni de otros qualesquier officios que estén por vacar, fasta que sean finadas las personas que los tienen, por evitar los grandes peligros que dello podrían nacer; y si algunas mercedes ovieremos fecho en esta razon, las revocamos, y damos por ningunas, y queremos que no valgan, excepto las de padre á hijo, no embargante qualesquier firmezas que tengan, abrogaciones, y dispensaciones, aunque haya segunda yusion, y queos nuestros Presidente, y Oidores en lo tocante á los officios de las Audiencias obedezcan las expectativas; y en quanto al cumplimiento supliquen para ante Nos: L. 2. tit. 4. ejusd. Ordenamos, y mandamos que no se pasen, ni libren renunciaciones de alcaldas, ni regimientos, alguacilazgos, ni merindades, ni juradurias, ni escribanias, salvo de padre á hijo: L. 7. tit. 4. lib. 7. Ordenamos, y mandamos que el que renunciare qualquiera officio de los que son renunciabiles, haya de sacar, y saque el titulo: L. 1. ejusd.

Porque nos fue pedido por los Procuradores de Cortes, que las personas que proveyemos en algunos officios que vacasen por muerte, ó por renunciacion, fuesen naturales de nuestros reynos: L. 37. tit. 16. lib. 2. Ind. Porque en algunas ocasiones han nombrado los Virreyes, y Presidentes Gobernadores de nuestras Reales Audiencias á personas que sirvan en interin los Gobiernos, y Corregimientos que son á nuestra provision, con solo noticia, ó voz de que son fallecidos los propietarios, y hecho boquer anticipadamente con dinero de nuestras caxas reales, de que resultan gravissimos inconvenientes: Ordenamos, y mandamos á los susodichos, que no hagan tales provisiones en interin, sino les constare por testimonio autentico de la vacante de los officios: L. 12. tit. 2. lib. 3. ejusdem. La Audiencia que gobernare en vacante no provea ningunos officios de los de su provision, que no hubieren vacado realmente, y con efecto por muerte, transcurso de tiempo, suspension, ó privacion por autos legitimos judiciales, de que ha de constar por testimonio, como está dispuesto en quanto á las provisiones de interin por la ley 37. tit. 16. lib. 2. L. 2. tit. 21. lib. 8. ejusd. Porque en nuestras Indias Occidentales, demás de los officios de pluma, hay otros vendibles que son

vacatione beneficii, lite inter provisores, & non jure utriusque, habet executionem paratam; Rota part. 12. dec. 208. num. 12. part. 17. dec. 298. num. 1.

Satis autem probatur lis, seu beneficium esse litigiosum ex commissione causæ appellationis, ex citatione cum inhibitione, & illius executione; Rota part. 2. dec. 81. num. 1. & dec. 455. num. 1. Nam jus impetrantis probatur ex ipsiusmet impetrantis confessione, & ex non justificatione prioris gratiæ; Rota part. 2. dec. 699. num. 2. & dec. 736. num. 2. part. 5. tom. 1. dec. 68. num. 3. Beneficii vacatio probatur per mortem ultimi legitimi possessoris, & non factam adhuc de illo ullam legitimam canonicam provisionem. Unde, ad hoc ut sit valida gratia si neutri, debet fieri mentio illegitimitatis, & non canonice provisionis adversarii, seu ipsius intrusionis, & fructuum mala perceptionis; Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 3. num. 43. Barbosa loc. citat. num. 12. Rota part. 2. dec. 105. sub num. 1. In gratia si neutri attenditur data, non autem expeditionis tempus; Rota part. 11. dec. 124. num. 52. Gratia si neutri debet presentari infra novem menses, & pro illius executione instari, aliàs remanet nulla; Rota part. 18. tom. 1. dec. 273. num. 11. Item debet intimari, quando agitur de privatione; Rota part. 2. dec. 99. num. 4. Verum, ut dicatur intimata, sufficit eum, contra quem agitur, fuisse citatum ad dicendum contra gratiam; Rota ibidem. Gratia si neutri non est subreptitia, ex eo quod non sit facta mentio, quod colligans sit provisus Apostolicus; Gregor. dec. 150. per totum, ubi num. 3. dicitur quod hæc gratia ex stylo Datarie conceditur provisio Apostolica etiam contra alium provisum Apostolicum, & num. 6. quod non est præjudicialis, quia non habet locum, nisi data invaliditate gratiæ partis adversæ; Barbosa loc. citat. numer. 16. & 17.

Gratia in forma dignum non est conditionalis, quia illa verba quatenus idoneus reperitur, respiciunt qualitatem idoneitatis, quæ de jure inest, & potius sonat in monitionem, & instruitur Executorem, ut intelligat, qualis esse debeat ille, cui providet, & sic non reddunt gratiam conditionalem, quoad ejus substantiam, sed tantum respectu executionis, & provisionis faciendæ, quæ est dilata in tempus postquam idoneus reperitus fuerit. Licet enim ista conditio impediatur executionem gratiæ, donec constet de idoneitate impetrantis, tamen non impedit acquisitionem, si in rei veritate impetrans sit habilis, & sic ipsa suspensio est circa executionem, non circa acquisitionem juris, cum qualitas idoneitatis sit pura, & certa in rerum natura, licet à nobis ignorata, antequam examinetur, & conditio de præterito, vel presentis non suspendit; l. Cum ad præsens ff. Si certum petatur, leg. Institutio talis ff. de condition. Sic Barbosa clausula 16. num. 1. Rota part. 4. tom. 3. dec. 539. num. 1. part. 10. dec. 122. num. 19. part. 17. dec. 116. num. 11. & 12. Et quod talis gratia non sit conditionalis quoad substantiam, sed suspensiva solum executionis, donec constiterit provisum esse dignum, resolutum fuit à Rota part. 1. dec. 711. num. 2. Clausula enim in forma dignum posita in gratia operatur, ut beneficium habeatur pro collato, remanente solum suspensione circa executionem

ecclesie Præulem in beneficiis ecclesiasticis concessarum, quamvis de patre ad filium expeditæ, in effectum non perducantur, & ad suprema respectiva tribunalia alio in tempore, ut provideretur conveniens, remitterentur (2).

resultan, y ha mostrado la experiencia de proveerse officios supernumerarios, y darse futuras sucesiones, y quanto conviene cerrar la puerta á este genero de provisiones, que esté con cuidado de no consultarlas por ningún caso: Remis. 3. tit. 11. lib. 6. ejusd. Por decreto de la Cámara, proveido en 15. de Marzo de 1649. se acordó, que generalmente no se admita para beneficiar por efectos beneficiables ninguno que sea prorogacion de vida de Encomienda, y futura sucesion de ella: (2) Vid. verb. Adjuncti, & Canonizatus.

nem ratione examinis, & collationis ab Executore faciende; Rota part. 10. decis. 141. num. 33. Hinc ubi hujusmodi gratia in forma dignum sit iustificata, tribuit non solum jus ad rem, sed etiam in re; Rota part. 17. decis. 207. num. 46.

Secuta morte Provisi in forma dignum, antequam dignus reperius, seu declaratus fuerit, beneficium non vacat per mortem illius, sed per mortem ultimi possessoris; Barbo. dict. clausul. 56. num. 7. cum aliis ibi citatis; Rota part. 5. tom. 2. decis. 549. num. 21. & decis. 569. num. 23. Gratia in forma dignum censetur facta a die ejus data, ita ut excludat gratiam alterius postmodum impetratam; Rota part. 2. decis. 533. num. 3. Quando gratia est concessa in forma dignum, Executor fit mixtus; Garzias de beneficiis part. 6. cap. 2. numer. 126. & 127. ubi citat varias decisiones Sac. Rotæ, Barbo. loc. cit. num. 8. ubi adducuntur etiam varis Sac. Rotæ decisiones. Unde ab Executore cum ista clausula in forma dignum appellare licet, & possessio interim capta est attentata; sic sæpe fuit resolutum in Sacra Rota, & signanter in una S. Agatha Gohorum, in Zamorensium beneficiorum, & in nullius Sacristie 26. Octobris 1601. coram Penna, & in Barchinonensium Parochialis 10. Decembris 1601. coram Card. Sacro, & decis. 701. sub num. 2. part. 1. recent. apud Barbo. loc. cit. num. 9. Hoc tamen est intelligendum, quando alius est in possessione, vel adest legitimus contraditor; tunc enim datur appellatio propter præjudicium possessoris; secus quando nullus est in possessione, nec adest legitimus contraditor; Rota part. 4. decis. 333. num. 5. & seq. Barbo. loc. cit. num. 10. ubi adducit alias decisiones Sacre Rotæ, & testatur de communi. Provisus per Sædem Apostolicam in forma dignum de canonicatu, cujus ordinem requisitum jam habet, examinandus non est ab Ordinario super literatura, seu idoneitate scientie; si vero qui sacros ordines nondum susceperunt, examinandi sunt, an illa habeant adjumenta doctrinæ, quæ ex præscripto Sacri Concilii Tridentini necessaria sunt illi sacro ordini, qui canonicatus, quem consequi volunt, erit annexus; Sic decisum fuisse à Sacra Congreg. Concilii referunt Garzias de beneficiis part. 6. cap. 2. num. 234. Barbo. de canonic. & dignitat. cap. 13. num. 7. & 8. & in Summa Apostolicar. decision. verb. Examen, Examinare num. 10. Fagnan. lib. 1. decret. in cap. Accepimus 13. de stat. & qualitat. num. 14. ubi dicit sic à Sacra Congregat. Concilii fuisse responsum Card. Borromæo.

De gratia derogatoria Jurispatronatus in totum, de gratia pro presentato cum derogatione mediæ vocum tum de gratia si neutri, quæ concedi quotidie à Dataria solent, haud abs re videtur pauca hic adnotare.

Ut locus esse queat gratia derogatoria Jurispatronatus in totum, ante vacationem beneficii lis debet inter patronos pendere, tum nemo ex ipsis debet existere in pacifica quasi possessione presentandi.

Ad primum requisitum quod attinet, liti pendentiæ satis probatur ex precedenti instantia facta coram Judice competenti, quod jus presentandi ad Instantem pertinetur cum productione nonnullorum jurium, eaque instantia intimata illis patronis. Minimeque obstat si citati non comparuerint, quia ad hujus gratiæ validitatem non est necessaria liti contestatio, sed sufficit eam fuisse introductam. Maxime si Summo Pontifici expressa fuerit simplex hæc liti introductio. Pariter nec obstat si à liti introductio effluerint triginta & amplius anni, quia instantia de jure canonico est perpetua, & pro extincta non habetur nisi vel supervenerit sententia illius extinctionem decernens, vel cum lapsu temporis concurrat malum Jus Auctoritatis. Confer de his omnibus Rotam in Campen. capellaniam 28. Novemb. 1746. cor. clar. mem. Mellin.

Ceterum si instantia non fuerit legitime intimata, vel reproducta, deest requisitum pendentiæ liti; Rot. in Colonien. parochialis de Vitembergh. 16. Januarii 1747. cor. bon. mem. Vicecom. Idem est si fuerit affectate introducta; Rot. in Januen. Jurispatronatus 27.

Marii 1748. & 14. Junii ejusd. anni cor. Illustriss. Molin. ubi quos lis re judicata sublatam non est subiectum gratiæ derogatoriæ Jurispatronatus in totum, etiam oborta commotione restitutionis in integrum si elapsis centum annis nihil auctum sit.

Alterum requisitum est, quemadmodum supra innuimus, ut nullus patroque existat in pacifica quasi possessione presentandi. Ceterum si sit patronus, qui in pacifica quasi possessione presentandi existat, cessat ratio reservationis reposita in incertitudine personæ presentare debentis, adeoque frustra impetratur gratia derogatoria Jurispatronatus in totum, quum non intendat Summus Pontifex præjudicium illi introgere, Rot. in dict. Colonien. parochialis de Vitembergh. 16. Januarii 1747. cor. bon. mem. Vicecom.

Intellige tamen si existat ex persona propria, non item ex persona sui Auctoris; Rot. in dict. Campen. capellaniam 28. Novemb. 1746. cor. clar. mem. Mellin. In Jurispatronatus vero familiaris suffragari & quasi possessionem presentandi Auctoris ad impediendam dictam gratiam, respondit idem sacrum tribunal in Compostellana parochialis S. Vhitis 8. Martii 1744. coram bon. mem. Nunez, & 12. Februar. 1745. cor. bon. mem. Vicecom. Hæc de gratia derogatoria Jurispatronatus in totum.

Ad gratiam vero presentatam cum derogatione mediæ vocum satis est fuisse presentatam à patronis existentibus in quasi possessione presentandi pro mediæ voce ad formam ultimi status. Quinimo potest obtineri hæc gratia ante hanc presentationem, sufficitque quod ea, intra quadrimestre superveniat, Rot. in Papien. beneficii 3. Maii 1744. Cor. Illustrissimo Thum, & 15. Martii 1748. Cor. Illustriss. Clement. & in Colonien. Vicarie 12. Junii 1750. Cor. R. P. D. Camilliac.

In hac gratia quasi possessio Auctoris prodest Successori quaecumque sit Juspatronatus. Nec attenduntur exceptiones, quæcumque indaginem admittentes; Rot. in dict. Campen. capellaniam 28. Novemb. 1746. cor. clar. bon. mem. Mellin.

Validitati hujus gratiæ, non obstat sententia super institutione alterius Presentati lata jam ab Ordinario. Diversum tamen esset si Ordinarii gratificationem illi concessisset. De cetero si gratificatio, & gratia præferant datam ejusdem diei, presumpio est pro anterioritate gratiæ, nisi concludatur probetur, quod per aliquod spatium ejusdem diei Ordinarii sententia præcesserit, Rot. in Colonien. Personatus 22. Novemb. 1743. cor. bon. mem. Nunez, & 25. Januarii 1745. cor. Illustriss. Caprar. Alm. Urbis Gubernatore, & 14. Februar. 1746. cor. R. P. D. Camilliac, & 13. Martii 1747. cor. bon. mem. Vicecom.

Nec obstat si retineatur alterum presentatum à patrono habente mediæ vocem Jurispatronatus esse filium ejusdem, dummodo is, qui dictam gratiam obtinuit, sit consanguineus, & agatur de jure patronatus hereditario; Rot. in dict. Colonien. Personatus. Quod si præternatus à patronis habentibus mediæ vocem Jurispatronatus sit insuper unus ex patronis, dicta gratia vitatur ex ejus reticentia; Rot. in Tudent. Parochialis de Luvaderes 9. Maii 1749. cor. Illustr. Molin.

Restat, ut verba faciamus de gratia si neutri. Ejus requisita sunt non jus utriusque, & liti pendentiæ. Quoad vero illum, qui impetrat gratiam hanc, hoc ipso quod eam impetrat, fateatur nullum sibi jus competere, ut dixit Rot. in Mindonien. Parochialis 16. Februar. 1748. cor. bon. mem. Lana.

Lis per renuntiationem sublatam inefficax est ad sustinendam dictam gratiam. Idque etiam affectate renovata sit. Quando autem dici possit affectate renovata, vide apud Rot. in Colonien. Parochialis 22. Januarii 1748. cor. Illustriss. Clemente.

An gratia hæc impetrari queat à Tertio, affirmandum videtur secundum ea, quæ firmavit Rota in Casanoten. Vicarie 14. Maii 1727. coram bon. mem. Gamaeher.

Quando & ex quibus clausulis dicta gratia impe-

trata dici queat, ad majorem cautelam adi Rotam in Verellen. Capellaniam 29. Novemb. 1720. & in confirmatoria 5. Junii 1722. cor. bon. mem. Forcar.

(Hic conveniunt adduci quæ lit. B pag. 301. num. 1. ad 5. pag. 347. ad 351. lit. D ex pag. 41. ad 48. lit. E pag. 185. num. 19. & ibi aliquas factas remissiones recognosce, & inserta lit. E pag. 362. in fin. col. 2. Vid. etiam verb. Rescriptum.)

GUBERNATOR.

Gubernator non comprehenditur sub nomine magistratus civitatis; Sac. Cong. Rit. in Alexandria 15. Martii 1608. in 4. dubio, teste Sellio in select. canon. cap. 27. num. 18. Barbo. in summa apostolicar. decision. verb. Gubernator. num. 1.

Gubernatori provinciæ non debet textus evangelii osculandus portigi, S. C. R. in Cusenina 17. Julii 1614. & in Tropien. 3. Junii 1617. ubi quod nec etiam debet in processionibus simul cum Episcopo incedere, quas refert Sellius dict. cap. 17. num. 30.

Gubernator civitatis Lauretanæ præcedit juxta consuetudinem Vicario Generali; Sac. Cong. Rit. in Lauretana 9. Maji 1609. quam citat Sellius dict. c. 27. n. 31.

Gubernator, & magistratus recusantes contra solitum accedere ad ecclesiam cathedralem, debitæ reinediis cogendi sunt, ut accedant; Sac. Cong. Rit. in Fanen. t. Septemb. 1407. penes Anton. Dianam moral. resol. part. 5. in fine, in collect. declarant. num. 49. Lezanam in Sum. q. q. Regul. tom. 5. verb. Ecclesia num. 18.

Gubernator civitatis non debet habere sedem, sed locum in choro, nec supra, nec inter Canonicos, sed omnino extra chorum in loco decenti; Sac. Cong. Rit. in Signina 4. Junii 1615. referente Sellio dict. cap. 27. num. 32.

Gubernator civitatis debet habere sedem pro audienda tuncione apud Episcopum, quæ tamen non sit major, nec pulchrior sedes ipsius Episcopi, & neutra sit coloris rubri; S. C. R. in Prusiana 3. Octobris 1615. cujus mem. Ald. in compend. Canon. resol. lib. 1. tit. 16. num. 59.

Gubernatori Prælo solita sedes cum strato in ecclesia patanda est; Sac. Cong. Rit. in Pulginat 30. Januar. 1610. apud Aldan. dict. tit. 16. num. 71.

Gubernator civitatis, quæ est caput provinciæ, thurificandus est, & pacem habere debet ante Vicarium Episcopi, etiam absente Episcopo; in aliis vero minoribus civitatibus post Episcopum thurificari, & pacem habere debet; sed absente Episcopo ei præterit Vicarius; Sac. Cong. Episcop. & Regul. sub die 30. Junii 1592. quam adducit Aldan. dict. tit. 16. num. 62.

Gubernator status, ubi viget consuetudo, thurificandus est ante Barones, & Curatos Ecclesiarum; Sac. Cong. Rit. in Genian. in Sardinia 5. Julii 1613. teste Aldan. dict. tit. 15. num. 63.

Gubernator Prætorius cum habitu prelatitio, id est rochetto, & mantelleta divinis assistens, thurificandus est ante Canonicos immediate post Episcopum; Sac. Cong. Rit. in Faventina 5. Jul. 1603. attestante Aldan. dict. tit. 16. num. 64.

Gubernator dignissimus, & perpetuus thurificandus est immediate post Episcopum, & ante Canonicos etiam paratos; Sac. Cong. Rit. in Alexandria 15. Martii 1608. in resp. ad 4. dubio. penes Sell. dict. cap. 27. num. 34. & Barbo. Summa apostolic. decis. verb. Gubernator n. 11.

Gubernator civitatis etiam non Prelatus, thurificandus est immediate post Canonicos assistentes ante alios Canonicos; absente vero Episcopo immediate post alios Canonicos; Sac. Cong. Rit. in Faventina 5. Jul. 1603. attestante Aldan. dict. tit. 16. num. 64.

Quamquam Auctor de Gubernatoribus Urbi loqui videtur, nostris Judicibus secularibus materiam adaptando, non inveniuntur causa, ob quam simili servitio Coloni eximi possint, nam cum fore privilegio haud gaudeant; (1) neque aliam patet exceptionem competere, non est cur exemptio concedatur.

(1) Vid. verb. Clericus, per totum.

Vicarium Generalem; Sac. Cong. Rit. in Faventina 9. Maji 1606. & in Fanen. 1. Septembr. 1607. apud Sellium dict. cap. 27. num. 35. etiam Gubernator sit uxoriatus; Ead. Sac. Cong. in Faventina 17. Nov. 1607. cujus meminit idem Sellius dict. cap. 27. num. 36.

Gubernatores civitatum Sedis Apostolicæ quando sunt Referendarii, & Prælati, & utuntur rochetto, post Episcopum, & assistentes, ante Canonicos juxta consuetudinem thurificandi sunt; Sac. Cong. Rit. in Casanoten. 7. Decembr. 1601. quam refert Aldan. d. tit. 16. num. 65.

Gubernator thurificari debet post dignitates, & Canonicos, tam ecclesiæ cathedralis, quam Collegiæ; Sac. Cong. Rit. in Campen. 28. Januar. 1612. quam citat Aldan. dict. tit. 16. num. 66.

Gubernator civitatis thurificandus est duplici, non triplici ductu thuribuli; Sac. Cong. Rit. in Civitatis Ducalis 11. Novemb. 1622. apud Sellium dict. c. 2. n. 38.

Gubernatores Capitulares electi à Capitulo, Sede vacante, non debent præcedere Decano, & Canonicis aliis ipsis dignioribus; Sac. Cong. Rit. in Elthoren. 25. Januar. 1603. de qua Sellius dict. cap. 27. num. 39. Licet ad ipsos tantum, & non ad Decanum, & alios Canonicos non electos pertineat decidere & votare in iis, quæ pertinent ad curam ei commissam; Ead. Sac. Cong. in dict. Elthoren. 5. Julii 1603. penes Sellium d. cap. 27. num. 30.

Gubernator, Index, & alii ministri non possunt prohibere executoribus curiæ laicæ, quo minus exequantur monitoria, & mandata curiæ eccles. etiam nulla ab eis petita licentia, seu assensu; Sac. Cong. Immun. in Mucerat. 2. Septembr. 1664. l. Decret. Rocci. pag. 578. in Verbell. 30. Junii 1632. l. 2. Decret. Paul. part. 131.

Gubernator debet permittere Episcopo liberum usum Birruariorum, & carcerum laicalium; Ead. Sac. Cong. Immun. in civitatis Castellane 19. Julii 1679. lib. 2. Decret. Alsvii pag. 1800.

Quare Gubernator carcerans Balivum curiæ laicæ, eo quod ei præsentasset præceptum curiæ episcopalis, excommunicatur; Ead. Sac. Cong. Immun. in Sutrina 13. Januarii 1703. lib. 3. Decr. Vallemani pag. 408.

Gubernator denegans claves carcerum communium curiæ ecclesiastica graviter reprehenditur; Ead. Sac. Cong. Immun. in Civit. Castellane 28. Februarii 1662. lib. Decret. Rocci pag. 386.

Gubernator pariter reprehenditur graviter, & acriter pro incarceratione Birruarii curiæ episcopalis, & ipsi injungitur, ut sine mora eum relaxet cum refectione damnorum; Ead. Sac. Cong. Immun. in Camerin. 9. Martii 1649. lib. 4. Decret. pag. 73.

Gubernator non potest cogere colonos bonorum patrimonialium Episcopi ad mittendum eorum animalia pro servitio, & reparatione viarum, nisi habeat à S. Sede facultatem specialem; Ead. Sac. Cong. Immun. in Mecerat. 15. Decembr. 1654. lib. 5. decis. Paul. pag. 60.

Nec potest prohibere Notariis, & Officialibus curiæ episcopalis, quin exercere possint officia publica communitatis; Ead. Sac. Cong. Immun. in Firmans. 8. Aprilis 1631. lib. 2. Decret. Paul. pag. 74.

Gubernator declarat per suum edictum circa damna data non esse cogendos ecclesiasticos ad dandas querelas pro damnis datis in bonis ecclesiasticis in curia gubernatoris; Ead. Sac. Cong. Immun. in Messana 2. Jun. 1693. l. 1. Decr. Vallem. pag. 50.

Non potest, nec debet Episcopus permittere Clericum incedentem in habitu, & tonsura gerere vices Gubernatoris laici absentis; Ead. Sac. Cong. Immun. in Civitate Plebis 25. Januarii 1650. l. 4. Decr. Paul. p. 97.

Gubernator contra eum, qui in fraudem reassumit habitum clericalem, potest prosequi causam quoad bonum status; Ead. Sac. Cong. Rit. in Faventina 5. Jul. 1603. attestante Aldan. dict. tit. 16. num. 64.

na non autem quoad personam; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Reatina* 10. Septembris 1629 lib. 2. Decr. Paul. pars. 6. in *Nullius S. Laurentii in Campo* 17. Decembris 1630. lib. 2. Decret. Paul. pag. 68.

27 Injungitur Gubernatori, ut faciat suos Birruarios excommunicatos parere, aliás illos removeat; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Maceraten.* 16. Junii 1651. lib. 4. Decr. Paul. pag. 163.

28 Facto verbo cum Sanctissimo, injungitur Gubernatori, ut non impediatur, quatenus Episcopus procedat ad penas spirituales contra Birruarium, qui Clericum offendit, etiamsi Gubernator prævenerit in captura; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Maceraten.* 20. Junii 1656. lib. 5. Decr. Paul. pag. 100.

29 Gubernator non habet potestatem visitandi molendina ecclesiasticorum, nec molestandi molitores afficiarios eorumdem; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Verulana* 2. Octobris 1691. lib. Decret. Grim. pag. 18. Nec visitandi furnos ecclesiasticorum. Vide verb. Furnus num. 15.

31 Gubernator tenetur declarare in suo edicto, quo prohibetur indistincte, ne quis possit emere, & vendere frumenta absque ejus licentia, non comprehendi ecclesiasticos; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Guardien.* 6. Aug. 1695. lib. 1. Decr. Vallem. pag. 207. (2)

32 Nec potest impedire seu punire larvatos die festo de licentia Episcopi; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Crivitanis Castellana* 6. Febr. 1694. d. lib. pag. 102. (3)

33 Gubernatori, quamvis sit Clericus conjugatus, datur facultas procedendi contra personas ecclesiasticas, & quomodocumque exemptas, nec non examinandi; easque in casu poenitentiae cogendi cum solita preservatione; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Perusina* 2. Junii 1703. lib. 3. Decr. Vallem. pag. 492.

34 Item quamvis non sit Clericus datur facultas procedendi contra Clericum; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Americana* 24. Martii 1688. lib. Decret. Martelli pag. 257.

35 Jussu Sanctissimi aliquando Episcopus consignat Gubernatori corpus delicti; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Aquapendii* 11. Decembris 1694. lib. 1. Decr. Vallem. pag. 160. & alibi.

36 Injungitur Gubernatori, qui mandaverat carcerari reum in loco immuni, ut ipse una cum aliis ministris suae curiae omnino adeant Episcopum pro absoluteione a censuris incurtis, & simul injungitur Episcopo, ut benigne illos recipiat, & dictum Gubernatorem, & Magistratum absolvat privatim; alios vero officiales inferiores publice in forma ecclesiae consueta; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Nanien.* 4. Aug. 1621. lib. 1. Decr. Paul. fol. 159.

37 In casu occisionis mulieris cum factu Sanctissimum tribuit Gubernatori facultatem procedendi, & injungit

Quae facultates, Judicibus laicis, circa hasce competant actiones, recognoscitur praeventum. (1)

(2) Gubernatores, aliosque ministros, quando eorum licentia, vel assensus non praecedit, est perquam manifestum, posse talem prohibitionem efficere a qua ecclesiastici inseparabiliter considerantur. (2)

(3) Episcopus absque adimplere, ut multoties est expressum, leges tenetur; in quietem publicam, melioremque regni gubernationem tendentes, nec permittere potest a jure patrio prohibita, quorum emendatio, & punitio Judicibus secularibus est speciatim demandata; quam ob rem, cum larvæ inter haecinae numerentur patet perinde Gubernatores, aut ceteros virgulam justitiae tenentes posse impedire, ac plectere larvatos, quocumque tempore inveniantur. (3)

(1) Vid. proxime verb. Furnus.

(2) Vid. verb. Bannitus, prope finem, & verb. Bona ecclesiastica, verb. Clericus, & prox.

(3) L. 7. tit. 15. lib. 8. Porque del traer de las mascaradas, ni desconocida, so pena que el que las traxere de dia, y disfrazare con ellas, si fuere persona baja le den cien azotes publicamente, y si fuere persona noble, o honrada le destierren de la ciudad, villa, o lugar donde la traxere por seis meses, y si fuere de noche sea pena doble, y que asi lo executen nuestros Jueces so pena de perdimento de sus officios: *Audi. acord. 1. ejusd.*

curiae archiepiscopali Firmi, ut consignet carceratum eidem Gubernatori; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Arculana*, seu *Firmanana* 15. Maji 1694. lib. 1. decr. Vallem. pag. 121.

Ad tuendam publicam quietem a Bannatis, & Facinorosus datur Gubernatori Asculi facultas procedendi contra personas ecclesiasticas, tam seculares, quam Regulares, & quovis alio titulo privilegiatas; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Arculana* 20. Octob. 1694. lib. 1. decr. Vallem. pag. 152. Etiam extra Jurisdictionem; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *ead.* 1. Martii 1695. dicit. lib. pag. 175. (Quae ex num. 17. huicque praenotantur, ut possint nostro juri applicari, recognoscere est necesse inter alias adnotationes hisp. & novis. quae sunt inserta verb. Bannitus vers. 10. omne: verb. Bona, vers. Inter alla tributa: in fin. verb. Forum, vers. Est etenim: verb. Furnus, vers. Quatenus: verb. Frumentum, & verb. Vestis.)

Recensentur aliqui Gubernatores Excommunicati.

Datur Episcopo Narnien. facultas absolvendi privatim Gubernatorem, ejusque Cancellarium ob carcerationem cujusdam rei habitati a curia episcopali ad habendam civitatem loco carceris impositis poenitentis salutaribus, ac de consensu patris, & quatenus hic sit absens a dict. civitate, recipiat idoneam cautionem de reficiendis damnis juxta summam liquidandam; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Narnien.* 7. Novemb. 1693. l. 1. decr. Vallem. pag. 85.

In honorem festi paschalis absolvitur cum reincidencia Gubernator, & Ministri curiae laicalis, eo quia processerant in quadam causa Clerici conjugati, & carcerarunt successive ejus consanguineos ob recursus ab ipso factos ad curiam episcopalem, dummodo non existant in aliqua actuali lesione Immunitatis eccles. & se obligent de parendo mandatis Papae; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Polycastrum* 30. Martii 1694. l. 1. decr. Vallem. pag. 114.

Episcopus absolvat cum reincidencia Gubernatorem civitatis N. qui violenter posuit ut dicitur *un Baneo* in ecclesia, quatenus judicet dignum tali gratia, & pro sua prudentia id expediens judicaverit; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Isernin.* 30. Octobris dicit. anni, & lib. pagina. 154.

Gubernator, & Satellites, qui carcerarunt Balivum curiae episcopalis, absolvuntur in forma privata, & aboletis prius actis factis per curiam laicalem, & refectis damnis ob dict. carcerationem ipsi illatis; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Imolen.* 19. Jan. 1690. lib. decr. Marti. pag. 581. Item absolvuntur Gubernator, & com-

Manda el Rey nuestro Señor que en atencion á que de pocos años á esta parte se ha introducido en esta Corte, imitando los carnavales de otras partes, diferentes bayles con mascarar, mezclandose muchas personas disfrazadas en varios trages, de que se han seguido innumerables ofensas á la Magestad Divina, y gravissimos inconvenientes, por no ser conforme al genio, y recato de la Nacion Española, que ninguna persona, vecino, morador estante, ó habitante en esta Corte, de qualquier estado, calidad, ó condicion que sea, pueda tener, ni admitir en su casa personas algunas, para que con titulo de carnaval, ó asamblea se diviertan danzando, con mascarar, ó sin ellas en este, ni otro tiempo del año: Vid. verb. Forum.

plices ob recognitionem corporis delicti factam in ecclesia absque facultate Apostolica; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Nullius S. Marci* 21. Novemb. 1693. l. 1. decr. Vallem. pag. 87. Item Gubernator, qui propria auctoritate extraxit fecerat ab ecclesia cadaver ad effectum recognoscendi corpus delicti; Ead. Sac. Cong. Imm. in *Portun.* eadem die pag. 87.

Item Gubernator Atini, Ministri, & Executores curiae laicalis ob carcerationem, & lesionem Clericorum; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Atini* 17. April. 1694. dicit. l. pag. 119. Insuper ob carcerationem Cursoris curiae episcopalis; Eadem Sac. Cong. Immunit. *ibidem*. Praeterea sustinentur censurae contra dictum Gubernatorem, eo quod vulneraverit Ursorem dictae curiae; Eadem Sac. Cong. Immunit. *ibidem*. Rursum idem Gubernator absolvitur impositis gravibus poenitentis salutaribus, quia carceraverat duos Clericos Salvaticos; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *ead.* 9. Julii 1695. lib. pag. 200.

Contra Gubernatorem Minerbinen. Episcopus procedat ad aggravationem censurarum super earum contentum, & procedat etiam juridice super edicto lesivo libertatis ecclesiasticae, ex eo quia prohibebat secularibus emere, & recipere panem franchitiarum ecclesiasticis debiturum. Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Minerb.* 6. Nov. 1694. l. 1. decr. Vallem. pag. 155.

Et injungitur Nuntio Apostolico, ut instet apud dict. Praetorem ut condigne puniat Gubernatorem pro publicatione praefati edicti; Eadem Sac. Cong. Immunit. *ibid.*

Rursum contra praefatum Gubernatorem denuo proceditur ad aggravatorias ob spreum censuratum; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *ead.* 8. Decem. dicit. anni, & l. pag. 160.

Prævia consignatione carceratorum in manibus curiae ecclesiasticae, praestata cautione de in omnibus parendo mandatis ecclesiae, datur facultas absolvendi dict. Gubernatorem cum reincidencia post mensem, quatenus se gesserit cum debito respectu erga censuras, saltem ab initio Quadragesimae; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *ead.* 26. Marti. 1695. dicit. l. p. 179.

Denuo injungitur Episcopo, ut procedat prout de jure contra Gubernatorem dict. civitatis, & alios pro Edictis lesivis ecclesiasticae libertatis, & ut supra. n. 13. pro extractione a loco immuni, & in reliquis ad ulteriora procedat super spreum censuratum; Ead. Sac. Cong. in *ead.* 19. Apr. dicit. anni, & l. p. 183.

Insuper quia carceraverat duos Clericos Salvaticos, datur facultas eundem absolvendi constituto de reintegracione ecclesiae, & praevia obligatione de non incurrendo amplius in similia, & impositis gravibus poenitentis salutaribus; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *ead.* dicit. anni, & l. p. 200.

Gubernatorem Carinolen. ejusque Ministros praevio deposito penes personam eccl. summæ exactæ a custode animalium Clerici carcerati, eo quia Clericus non obediens edicto edito circa animalia; Episcopus absolvat cum reincidencia, quatenus humiliter petat; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Carinolen.* 19. Jul. 1695. l. 1. decr. Vallem. p. 203. Insuper contra eundem procedat super spreum censurarum; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *ead.* 6. August. dicit. anni, & l. p. 207.

Constito de reparatione ecclesiae violatae ob extractionem confugiti in eadem, arbitrio Episcopi absolvitur private Gubernator, alii vero in forma consueta, praevio tamen consensu omnium interesse habentium, qui sunt in diocesi, & praevia cautione de reficiendis damnis, & parendo mandatis ecclesiae; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Thenen.* 4. Jun. 1695. dicit. l. p. 193.

Sic Gubernator Avillinen. absolvitur private, ejus autem Minister publice ob carcerationem Clerici; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Avell.* 8. Maji 1694. dicit. l. p. 21.

Gubernator Verulanus, seu ejus curia excommunicatur, quia visitavit molendina Ecclesiasticorum, & carceravit Molitores afficiarios eorumdem; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Verulana* 2. Oct. 1691. lib. decr. Crim. p. 18. in *Figliell.* 12. Nov. 1704. l. 3. decr. Vall. p. 267.

Gubernator castri Tutris absolvitur, dummodo re-

voceat praeventum factum Officialibus confraternitatis de non egrediendo a loco, nisi soluta dote quibusdam mulieribus debita ab ipsa confraternitate, & revocet omnia acta lesiva libertatis ecclesiasticae; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Alatrina* 13. Dec. 1692. l. 1. Decr. Vall. p. 10.

Proceditur contra Gubernatorem retinentem fructus cujusdam beneficii; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Aquilana* 1. Jan. 1695. dicit. l. p. 105.

Attenta reintegracione ecclesiae, & praestito consensu Partis, ac juramento de non incurrendo amplius in similia, absolvitur Gubernator cum suis Ministris ob carcerationem Clerici, & sequestrationem rerum ejusdem; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Materanen.* 12. Nov. 1695. l. 1. decr. Vall. p. 227.

Item constito de reintegracione, & cum supradictis 61 conditionibus absolvitur Gubernator private, sed servata forma, alii vero in forma consueta, qui carceraverat custodes animalium Clerici; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Carinolen.* 17. Dec. dicit. anni, & l. p. 235.

Gubernator, ejusque Ministri absolvuntur cum reincidencia, praevia cautione de parendo mandatis ecclesiae, & quatenus humiliter, & personaliter petant; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *S. Severin.* 17. Dec. dicit. anni, & l. p. 246.

Attenta abolitione actorum, & praevia abolitione de 63 abstinento a similibus absolvitur Gubernator, qui processum formaverat Sacerdoti; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Arculana* 31. Aug. 1700. l. 2. decr. Vallem. p. 511.

Praemissis consuetis conditionibus, & facta obligatione de servando imposterum debitum respectum Immunitati, & Jurisdictioni ecclesiasticae, absolvitur Gubernator cum suis Ministris ob carcerationem Clerici; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Nepesina* 18. Septemb. dicit. anni, & l. p. 314.

Gubernator Frosinonis absolvi potest a Confessario, ejus autem Ministri absolvantur ab Episcopo private ob carcerationem detentorum in carceribus laicis vigore mandati curiae episcopalis; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Verulana* 3. Aug. 1694. l. 1. decr. Vallem. p. 138.

Locumtenens Frosinonis, eo quod testem examinatum in curia ecclesiastica super loci Immunitate carceraverat, jubetur accedere ad Urbem; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Verulana* 14. Jun. 1698. lib. 2. decr. Vallem. p. 133.

Locumtenens positus solitis conditionibus absolvitur in forma ecclesiae consueta ob perquisitiones in ecclesia factas; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Hydruntina*, 9. Febr. 1694. l. 2. decr. Vallem. p. 105.

Imposita alicui elemosyna arbitrio Episcopi absolvitur Locumtenens oppidi N., qui extraxerat ab ecclesia homicidam praevio ad evitandum tumultum populi acriter concitatum; Eadem Sac. Cong. Immunit. in *Aquen.* 28. Sept. 1694. l. 1. decr. Vallem. p. 148.

Gubernator Placentiae in Hispania aliorum auxilio 69 confugam violenter ab ecclesia extraxit, ac per civitatem publice fugigatum in ecclesiam repositus; Constito autem, quod idem Gubernator, & alii abstinerint ab exercitio quorumcumque munerum, & se gesserint in omnibus tanquam censuratos per mensem, praevia satisfactione partis, & quatenus Oratores humiliter petant, datur Episcopo facultas absolvendi Gubernatorem in scello Episcopali in forma ecclesiae, alios vero in Ecclesia, servata forma praevio, soluta prius tamen per Gubernatorem elemosyna in suma duplarum 110. & per alios omnes 12 summa duplarum viginti quinque, eroganda in aliquo parenti opere in reparationem injuriae ecclesiae illatae arbitrio Episcopi; Eadem Sac. Congregr. Immunit. in *Placentina Hisp.* 18. Augusti 1699. l. 2. decr. Vallem. p. 240.

Gubernator, Magistratus, & alii censurati ob violentias ecclesiae illatas in violenta colloccatione scamni, praevia remotione ejusdem scamni, absolvuntur arbitrio Episcopi etiam in forma privata, si humiliter petant; Ead. Sac. Cong. Immunit. in *Ifern.* 1. Martii 1695. l. 1. decr. Vall. p. 174.

Gubernatori Urbis nulla competit jurisdicchio in civilibus contra Clericos, & loca pia; Bened. XIV. t. 1. const. 115. Incip. Romanae Curiae §. 3. Exceptis causis mer-

mercedis, & summæ infra scuta 25. etiamsi adsit obligatio cameralis; Idem *ibid.* §. 24.

73 Gubernatore civitatis, aut loci ditionis ecclesiasticæ decedente, non licet Magistratibus, sive Consiliis, subrogare Pro-Gubernatorem; Idem *constit.* 127. incip.

74 Populorum §. 7. Non obstante quacumque consuetudine aut quasi possessione; Nisi doceant de expresso privilegio à Sede Apostolica sibi concessio; Idem *ibid.* §. 7. & 8.

76 Gubernatoribus Prælati civitatum ditionis ecclesiasticæ decedentibus, subrogantur ipso facto eorum Locumtenentes cum facultatibus, & emolumentis; Idem *ibidem* §. 1. Gubernatoribus non Prælati substituantur similiter Procuratores Fisci; Idem *ibid.* §. 2. & 3. Gubernatoribus à Præfectis, sive aliis Gubernatoribus dependentibus subrogari jubetur aliquis Pro-Gubernator; *ibid.* §. 4. In Legationibus Romandiolæ, & Ferrariæ hujusmodi subrogatio pertinet ad Cardinales Legatos, sive Præsides provinciarum. In legationibus autem Bononiæ, & Urbini spectat ad eos, ad quos pertinet deputatio Gubernatorum; Idem *ibid.* §. 5. & 6.

81 Gubernatoris Urbis tribunal certo Judicium, & Notarium numero constare debet, quibus omnibus certa emolumenta assignantur à Beneficio XIV. tom. 2. *constit.* 44. incip. Rerum humanarum: Iisdem certa summa annua attribuitur pro expensis commisionum, ex qua si quid reliquum fuerit in fine anni, inter omnes æqualiter dividendum erit; Idem *ibidem*. Gubernatori Urbis prohibetur ullum Judicem, Notarium, aut substitutum admittere supra numerum à Pontifice statutum. Idem *ibidem*. Gubernator Urbis cibaria taxare debet pro Judicibus, & Commissariis ad commissiones prodeuntibus, & idem annua centum loco premii partiiri potest inter eos, qui digniores se præstiterint; Idem *ibid.* Gubernatori Urbis Sac. Romanæ Ecclesiæ Vice-Camerario concessum est rochetum per Urbem deferre, lemniscos nigros equorum capiti appensos habere. Idem in *Appendice n. 5. pag. 30.*

86 Gubernatorum per ditionem ecclesiasticam constitutorum controversiæ cæremoniales cum episcopis definiuntur, & assignantur certæ cæremoniales leges, quas erga Episcopos servare jubentur. Idem tom. 1. *constitut.* 10. incip. Quod Apostolus, & tom. 2. in *Appendice num. 2. pag. 11. & sequent.* ubi ad longum adducuntur, & *ibi brevitate gratia videntur reliquuntur.*

GUIDAGIUM, seu PEDAGIUM. Vid. verb. Gubella num. 9.

GULA.

SUMMARIUM.

- 1 **G**ula, quid sit, & quos quibusque modis peccatum gula committatur, ad num. 7.
- 2 **A**n gula, comessatio, potatio, sit ordinarie per se, vel tantum per accidens peccatum mortale evadat, ad num. 9.
- 10 **A**n sit illicitum comedere & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem, & quid pro satietate intelligi debeat, ad num. 11.
- 12 **E**brietas quid sit, an suapte natura peccatum mortale, & an liceat unquam se inebriare, ad num. 17.
- 18 **A**n alterum inducentes seu provocantes ad illicitam ebrietatem, & præsertim cauone, mortaliter peccent, ad num. 20.
- 21 **A**n & quomodo peccet Judex inebrians reum, et eum sic inducat ad sciendum crimen.
- 22 **A**n graviter peccet reum ad mortem damnatum ac rite dispositum inebrians eo sine, ut erutiatur & mortem non sentiat.
- 23 **A**n & quando in carcere detentus graviter peccet custodes inebriando, ut ipse eadat, ad num. 25.
- 26 **A**n liceat unquam aliquem inebriare ad malum quodlibet evitandum, ad num. 27.
- 28 **A**n graviter peccent, & ad quid teneantur qui sciunt se in ebrietate solere percutere uxorem, filios, atque domesticos, aut damna alia inferre.

29 **A**n & quando liceat bibere in sanitatem aliorum, ad num. 31.

32 **Q**uod & quæ sint gula filia, ad num. 37.

GULA est inordinatus, seu immoderatus appetitus, ususque cibi, ac potus, *Esi in re communis*. Quinque sunt species, seu modi quibus peccatum gula solet committi; Sic S. Gregorius l. 3. *moral. cap. 17. Quinque modis gula vitium tentat, aliquando namque indigenie tempora prævenit; aliquando lautiores cibos querit, aliquando que sumenda sunt, accuratius preparari appetit; aliquando in ipsa quantitate sumendi mensuram necessitatis excedit; aliquando in ipso estu immensi desiderii peccat.* S. Gregorium sequitur D. Thomas 2. 2. q. 148. *& communis aliorum, & prædicti quinque modi comprehenduntur in hoc versu à S. Thom. loc. cit. adducto.*

Præpropere, laute, nimis, ardens, studiosè.

Præpropere quis dicitur peccare peccato gula, quando tempora indigentia prævenit. Unde si in die jejunii notabiliter præveniat tempus ordinarii refectionis sine necessitate, peccat mortaliter; si autem aliis diebus, vel nimis mane, vel ante orationem, vel sæpius quam deceat, comedat, & bibat, peccat solum venialiter. Hic jurat adducere duos sequentes veteres versus:

Qui semel, est Deus, est homo qui bis, bestia qui ter, Qui quater, daemon, qui quingies est sua mater.

Laute quis dicitur peccare peccato gula, quando nimia sollicitudine querit cibos preciosos, delicatos, aut particulares, & similiter pretiosiora, & delicatiora vina esse sola gula aviditate. Si autem propter infirmi consolationem, Principis, amicorum, seu conjunctorum adventum, convivii occurrentiam, vel ordinariam sese lautius certis diebus recreandi consuetudinem, queratur cibi pretiosiores, delicatiores, & rariores, nihil ordinarie committitur peccatum. Unde S. Augustinus l. 3. *de doctrina cap. 12.* sic ac rem dicit: *"In omnibus talibus, non usus rerum, sed libido utentis in culpa est. Pler enim potest ut sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis pretiosissimo cibo sapiens utatur; insipientem autem, festissimam gula flamma in vilissimum ardescat."* Idem ait S. Gregorius l. 3. *moral. c. 14.* *"Neque enim cibum, inquit, sed appetitum in vitio est, unde & lautiores cibos propter quos sine culpa sumimus, & abjectiores non sine reatu conscientia degustamus."*

Nimis quis dicitur peccare peccato gula, quando nimiam, & immoderatam cibum, & potus quantitatem absorbet, quia tamen difficile est limites debite comestionis, & potationis non excedere cum venerit sit exactor inquietus, nisi temperantia frenum ei injiciatur; (Unde S. Gregorius lib. 3. *moral. c. 14.* dicit: *Quia per eum voluptas necessitati miscetur, quid necessitas petat, & quid voluptas suppetat, ignoratur*): Ideo debet unusquisque complexionem suam consilere, & inde sibi regulas præscribere, semper in mente retinens id, quod dicit Card. Bona in *Manud. ad casum c. 4. §. 1.* scilicet quod pauci sunt infirmi, quos gula ad aegritudinem non adegerit; & *ibid.* §. 1. in fine, quod gula multo plures occidit, quam gladius. Unde recte poeta, prout refert Uryaya in *miracellano sacro, & profano verb. Gula.*

Gula pone metas, ut sit tibi longior ætas.

Ardenter quis dicitur peccare peccato gula, quando cibum, & potum nimis avide sumit, quod contingere potest etiam in cibis, & potionibus vilioribus, ut patet experientia in Esau, qui nimis avidus lenticulæ fratris sui Jacob pro ea primogenita sua stulte commutavit; Unde S. Augustinus lib. 10. *Confess. c. 21.* ait: *"Non ego immunditiam obsonii timo, sed immunditiam cupiditatis. Scio Esau lenticulæ concupiscentia decipitum."*

Studiosè quis dicitur peccare peccato gula, quando nimis accuratam, & exquisitam in ciborum condimentis præparationem exquirat. Unde Ugo *de disciplina cap. ultim.* dicit: *Quidam sunt, qui præparandis cibis nimium studium adhibent, infirma decotionum genera excogitant; modo mollia, modo dura, modo calida, modo colda, modo arida desiderant; & tanta sollicitudine præparantur, ut devoratis jam quatuor, aut quinque ferculis, prima non impediunt novissima, semper novos vapores de-*

siderant intar fumarum prægnantium. . . Ad irritandam autem gulam hoc sunt, non ad sustentandam naturam, ad aviditatem explendam, non ad necessitatem supplendam.

8 **G**ULA, comessatio, potatio ordinarie per se est solum peccatum veniale, quia nimirum excessus non enormis in re aliis indifferenti, vel licita, non nisi venialis culpa est; Sic S. Augustinus *serm. 4. in die Animarum tom. 10.* ubi ait: *Quoties aliquis in cibo, aut potu plus accipit, quam necesse sit, ad minuta peccata pertinere poterit,* & S. Thomas 2. 2. q. 148. *art. 2.* sic dicit: *Si vero in vitio gula intelligatur inordinatio concupiscentie tantum secundum ea, quæ sunt ad finem, ut potus, quia vitium concupiscentie delectationes ciborum. . . est peccatum veniale.* Per accidens tamen potest evadere peccatum mortale multipliciter. **1** Ne quis in errore inducatur verbis illis *essentiter, horrende*, quæ laxiorem jam præferre videntur theologiam: legat S. Thomam 2. 2. q. 148. nonnullisque aliis, qui de rebus moralibus pertractant. **2** In Ratione enormis excessus, & deformatio contra virtutem temperantiam, qua homo statum nature rationalis enormiter, & horrende deturpat, maxime qui scienter, & ordinarie se inficit, & ingurgitat usque ad vomitum, & qui ex proposito comessat, & potat in excessu, ut vomat; talis enim gula, comessatio, & potatio ad Roman. 13. *Galat. 5. 1. Petr. 4. & in epistola Jude num. 12.* inter peccata mortalia enumeratur. **3** In Ratione scandalii, dicit enim Apostolus 1. ad *Corinth. 8.* *Si rea scandalizet fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.* **4** In Ratione gravis nocimenti corporis, ut qui ex nimia comessatione & potatione prævidet, aut prævidere debet contracturam se morbum notabilem, ut enim dicitur *Eccl. 31. 37.* *Propter crapulam nati perierunt.* **5** In Ratione gravis nocimenti animæ, & cum quis advertit ex nimia ingurgitatione sibi causari graves morbos libidinosos, quibus ordinarie consentire solet. **6** In Ratione impotentie servandi præcepta graviter obligantia, ut solvendi debita, alendi familiarum, studentium in Judice, aut Advocato, ubi res urget, & hujusmodi. **7** In Ratione ultimi finis potius in casu ventris, ut faciebant olim Epicurei, de quibus Apostolus ad *Philipp. 3. dicit: Utrum Deus venerit est, & ad Rom. 16. Christo Domino nostro non servimus, sed suo ventri.*

10 **I**llicitum est comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem. Innocentius enim XI. *die 2. Maji 1679.* expressè damnavit sequentem propositionem inter alias odiosas. *Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo non obicit valdeudini, quia licite potest appetitus naturalis tui affectus ferri.* Hæc ad damnatæ propositionis intelligentiam est advertendum, quod satietas potest duo significare, vel comestionem, & potationem talem, qua satis sit fami, & siti; vel talem, quæ fiat in majori quantitate, quam requirit sustentatio. Si sumatur primo modo comedere, & bibere usque ad satietatem, nullum est peccatum; si secundo modo, est peccatum; Sic ex S. Augustino *tom. 10. sermon. 4. in die Animarum*, ex S. Gregorio *lib. 30. moral. cap. 17.* ex S. Isidoro relato, & secuto à S. Thoma 2. 2. *quest. 148. art. 4.* probat Cardenas in 2. *Crisi. dissert. 7. num. 26.* Sanctus enim Augustinus *loc. citat.* sic ait: *Quoties aliquis in cibo, & potu plus accipit, quam necesse sit, ad minuta peccata pertinere nobis. S. Gregorius l. c. ait, committi peccatum Gula, cum quis in ipsa quantitate sumendi mensuram necessitatis excedit; S. Isidorus l. c. affirmat peccare gulosum, dum excedit in cibo secundum quantum;* S. Thomas *loc. citat. in dicto versu dicit, quod committitur peccatum Gula, cum quis Nimis comedit.*

12 **D**amnata ab Innoc. XI. propositio eo videtur expressa consilio ab Auctore nostro, ut licitum esse velit iudicare delectationem, que capitur ex cibo, & potu moderato: quem admodum à Sancheto, Escobario, Moysi, aliisque benignioribus Theologis propugnatur. Cum solam cibum vel potus quantitatem respicere propositionem illam contendant, facile est intelligere Ferrarium nostrum opinari improbatam à Summo Pontifice non esse

delectationem, quam pro fine habeat ultimo comedens, & bibens ad satietatem. Sed quis æquo animo feret hanc interpretationem? Voluptas sane & sapor cibi, & potus peccatum non est; quia non solum cibo, sed etiam cibi sapore indiget infirmitas corporis, inquit August. *lib. 4. contra Julian. cap. 14.* sed qui manducant, & bibunt ob solam voluptatem, semper peccant saltem venialiter; nam inordinatus tunc est eorum appetitus quo fruuntur utendis, ideoque peccatum gula; juxta traditam definitionem. Audiat S. Thoma 2. 2. *quest. 189. art. 2. Hominem, inquit, gula dedit, ventri suo, tanquam ultimo sui famulatur, ut Rom. XVI. ait Apostolus. Hujusmodi enim Christo Dominus nostro non servimus, sed ventri. Item ad Philipp. 111. Quorum Deus venter est. Si vero in vitio gula, subdit idem Doctor, intelligatur inordinatio concupiscentie, secundum ea quæ sunt ad finem, ut potus, quia nimis concupiscentie delectationem ciborum, non tamen ita quod propter hoc faceret aliquid contra legem Dei, est peccatum veniale.*

Ebrietas est excessus voluntarius in potu voluptatis gratia factus usque ad privationem usus rationis; *Eti in re communis*; Ebrietas formalis, & voluntaria est peccatum mortale; *Eti communis* cum S. Thoma 2. 2. q. 150. *art. 2.* & habetur ex sacra Scriptura; ad *Galatas enim 5. Ebrii excelsantur à regno Dei, & Irae 5.* legitur: *Ve qui potestis estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.* Væ autem non usurpat Scriptura, nisi contra peccatum mortale. Probabilius licitum est se inebriare ex prescripto Medici ad recuperandum sanitatem, si desit aliud medium; Et ratio est, quia sicut licitum est se in perpetuum privare brachio, vel pede, ut servetur totum corpus, ita inuito magis ad breve tempus usu rationis; non enim est inebriatio formalis, quia non est voluptatis gratia, ut requiritur ex data definitione, sed materialis, & ex justa causa, cum talis ebrietas sit re ipsa necessaria ad conservationem vite; Sic tenent Scripturæ *verb. Ebrietas quest. 3. Sa eodem verb. num. 4. Armilla eodem verb. num. 5. Naldus eodem verb. num. 2. P. Ledesma tract. 23. cap. 3. Navarra. cap. 23. num. 119. Tolet. lib. 8. cap. 61. Tanner. 2. 2. dist. 3. quest. 4. num. 53. Diana parti. 6. tract. 7. resol. 41. Bonacina tom. 2. d. ult. tit. quest. 1. part. 1. *propos. 1. num. 3. Alv. 1. 2. d. 146. num. 6. Reginald. lib. 22. c. ult. num. 55. Baldell. lib. 3. d. 30. num. 23. Rayn. de virt. & vit. lib. 6. sect. 2. esp. 6. num. 113. Joan. Pontius d. 22. quest. 12. num. 103. Sierphau. 1. d. 5. num. 76. Loth. tract. 18. art. 8. Hilsung. tract. 1. d. 1. num. 54. Layman lib. 3. sect. 4. n. 5. Bunsbau. lib. 5. dub. 5. art. 2. Sporer tom. 1. tract. 1. c. 7. sect. 2. num. 62. La Croix lib. 5. num. 311. alique plurimi citati ab ipso n. 309. Varii autem alii cum Mendo d. 13. q. 14. Heno tom. 1. tract. 1. d. peccatis adalib. dist. 4. art. 3. conlus. 1. & apud ipsum S. Antonium, Silvium, & alii sustinent contrarium, quia dicunt ipsi, ebrietas est intrinsece mala, & per se loquendo est peccatum mortale, adeoque nunquam potest esse licita. At revera ebrietas est solum intrinsece mala, cum est facta *voluptatis gratia*, non autem cum est facta est iuxta causas, quales est conservatio vite non alio medio conservabilis.**

Ebrietas jure naturali, & divino prohibita est. Itaque à supremo Medico, in cuius manu salus, & vita hominis est, omnino damnatur. Quis ergo Medicorum pro medicina præscribit, quod supremus vite Dominus excreatur? Docet utique S. Thom. largiorem potum sanatis causa sumi posse ad vomitum excitandum, sed subdit 2. 2. q. 150. *art. 2. ad 3.* *"Nec tamen ad vomitum requiritur, quod sit potus inebrians, quia etiam potus aqua tepide vomitum causat; & ideo propter hanc causam non excusaretur aliquis ab ebrietate."* Sed abstinere ab ulteriori confutatione, quia casus chimericus est; Neque enim designari morbus potest, cuius necessaria, & unica medicina ebrietas sit, sicut morbi occurrunt in brachio, vel alio membro, quos sola membri amputatio curare, & sanare possit. Quomobrem frustra in ebrietatis favorem hæc ac iis similes opiniones excogitata à Probabilistis fuerit; neque tunc haberi possunt opiniones, quas Auctor infra recentes num. 16. 23. & 26. quas conferre juvat cum

doctrina S. Cesatii ser. 295. in Appendice oper. S. Augustini. Solent, inquit, Ebriosi, ut dicant: Persona petens me cogit ut amplius bibam, & in convivio Regis non potui aliud facere. Ad excusandas excusationes in peccatis ista pretendimus, & quod implere nolimus, non potuisse nos dicimus. Etiam hoc veniretur, ut tibi crederetur: aut bibes, aut morieris: melius erat ut carnis tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Item serm. 292. Qui alterum cogit ut se plus quam opus est, bibendo inebrietur, minimus malum ei erat nisi carnem ejus vulneraret gladio, quam animam ejus per ebrietatem occideret.

16 Sic probabilis licitum est se inebriare ad vitandam mortem ab alio intentatam, dummodo absit scandalum, neque cedat in contemptum Religionis, & virtutis temperantiae a christianis servanda. Et ratio est, quia si ad redimendam vitam a tyranno fas est sibi ipsam manum, vel pedem amputare, cur non etiam rationis usum ad breve tempus sibi adimere? Lessius lib. 4. cap. 3. d. 4. n. 37. Layman loc. cit. num. 5. Busembau l. cit. num. 3. Azot. Reginald. Baldell. La-Croix, & alii. Contrarium tamen sentiunt multi alii nrentes pro se adducere Divum Augustinum. serm. 232. de tempore, ubi sic habet: Etiam ad hoc veniretur, ut tibi diceretur, aut bibas, aut morieris, melius erat, ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Sed S. Augustinus, ut exponunt Lessius, Dicastill. Hllsug. apud La-Croix l. c. num. 311. loquitur de casu, quo in contemptum Religionis, vel virtutis bibendum esset, quod & concedit etiam nostra conclusio. Fateor tamen, contrariam opinionem esse vere probabilem, quinimmo Henno l. c. conclusion. 2. dicit esse communem contra patcos.

18 Alterum inducere, seu provocare ad illicitam ebrietatem semper est peccatum ex genere suo mortale; Sic S. August. serm. 231. de tempore, ubi sic habet: Certa bibendi lege contenditur, qui poterit vincere, laudem meretur ex crimine... Ob infelicitas generis humani. Quam multum inveniuntur, qui ebriosos, & luxuriosos amplius, quam oportet, cogunt bibere, & ante ostium pauperibus petentibus, vel unum calicem dissimulant dare... Quando animalia ducuntur ad aquam, ubi sataraverunt sitim suam, etiam supra aquam ipsam diuini teneantur, expleta siti bibere nolunt omnino, nec possunt, considerent ebriosi, si non peiores animalibus iudicandi sint... Et quod pejus est, aliqui Clerici, qui hoc debent prohibere, ipsi cogunt aliquos plus bibere, quam expedit... Si te, & alium inebriaveris hominem amicum, habebis Deum inimicum. Sic S. Ambrosius de Elia & jejuniu cap. 13. & 14. graviter tales reprehendit, qui ad vini haustus se mutuo provocant, verisimiliter praevidentes in se, vel altero ebrietatem secururam esse. Et S. Augustinus citat. serm. 231. de tempore sic expresse ad rem loquitur: Qui enim alterum cogit, ut se plus quam opus est, bibendo inebrietur, minus malum ei erat, si carnem ejus vulneraret gladio, quam animam nejus per ebrietatem necaret. Sic graviter peccant caupones, si inebriandos, plura vendendi, ac lucrandi praetextu, ac potum continuandum provocent; nam si teste Apostolo ad Romanos 1. digni sunt morte, non tantum qui male agunt, sed etiam qui male agentibus consentiunt, a fortiori digni erunt morte, qui alios ad male agendum provocant, & inducunt; Communis, Immo mortaliter peccant caupones, qui potum ministrant iis, quos inde praevident inebriandos, si ex denegatione non timeantur gravia incommoda; Communis, & certa, teste Henno loc. cit. art. 4. conclus. 1.

21 Judex, qui inebriat reum, ut sic inducat ad fatendum crimen dupliciter peccat; primo peccat tantum, & ege-

ut cruciatus, & mortem non sentiret, peccaret graviter, quia hic non est finis potus, neque est ratio sufficienter tollendi rationem pro eo tempore quam maxime necessaria; Dicastill. lib. 1. de justitia, & jur. disput. 3. dub. 11. n. 146. Tanner tom. 3. disp. 6. dub. 8. Gobat tom. 2. cap. 13. n. 38. & alii. Injuste detentus in carcere non peccat inducendo custodes ad materialem ebrietatem, cum in tali casu, ex quo ebrietas ipsis custodibus non sit voluntaria, ipsi incupabiliter inebrientur, & allunde injuste detentus utatur jure suo ad se liberandum tali injustitia sine propria, & custodum culpa. Peccat tamen, si inducat ad ebrietatem formalem, etiam si adesset periculum mortis, quia est intrinsece malum inducere aliquem directe ad peccatum, quiddam contra dicere videatur Lessius l. 4. de justitia cap. 3. num. 35. & Baldellus lib. 5. disput. 30. Si autem iuste detineatur in carcere, peccat, licet ad materialem tantum ebrietatem inducat, partim quia inducit ad aliquid de se malum: partim quia est causa injusta gravium malorum, quae patientur custodes; Gobat l. 2. cap. 13. num. 30. La-Croix, lib. 5. cap. 3. dub. 5. art. 2. num. 332. & alii.

Si grave malum non possit alia via impediri, nisi Auctor inebrietur, licet eum inducere ad ebrietatem materialem est penitus involuntariam, ut scilicet praeter intentionem, ideoque incupabiliter inebrietur, v. g. praedictum tali homini vinum fortissimum, seu medicatum, cujus vi ignorata inebrietur, & sic omittit gravellud malum iam ideatum, & praeparatum, exempli gratia, proditorem Urbis, incendium communium, & publicum scripturarum, abductionem, seu depraedationem publici aedificii, & hujusmodi. Tunc enim videtur adesse justa causa sic eum materialiter inebriandi, & aliunde non induceretur ad peccatum formale, cum talis ebrietas esset ipsi penitus involuntaria; Sic Lessius l. 4. c. 3. dubit. 4. num. 37. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 11. Busembau l. 5. c. 3. art. 2. num. 6. Diana, Medina, Gobat, & alii. An autem hoc casu liceat eum inducere ad ebrietatem formalem ipsi voluntariam, & culpabilem, variant Doctores; Lessius l. c. num. 32. affirmat, quia, inquit, licet suadere, & inducere ad minus malum, ut impediatur majus. Rectius tamen negant Arsdachin 99. singul. q. 11. Burgh. cont. 3. cas. 68. Layman lib. 3. sect. 4. num. 6. Busembau l. c. & alii. Qui in ebrietate scit se solere percussere uxorem, filios, aliosque domesticos, aut damna inferre aliis, peccat etiam contra pietatem, aut justitiam, si se inebrietur, teneturque compensare damna in tali ebrietate aliis illata, cum sint satis praevia in causa, neque adhibeatur sufficiens, & requisita praecautio, Gobat tom. 1. tract. 5. c. 19. sect. 1. La-Croix lib. 5. num. 334. & alii passim.

Bibere in sanitatem aliorum, v. g. regum, principum, magnatum, amicorum, & hujusmodi, est mos satis antiquus, ut ex Ovidio, Horatio, atque aliis ostendit Fornerus l. 3. de temulentia malo c. 16. & potest esse laudabilis, & licitus, si re ipsa nihil aliud contineat, quam sanitatis appreciationem, cum sit consuetudo usitatissima in convivii etiam Clericorum, & Religiosorum modestae laude non carentium, dummodo tamen non interveniat similibus potationibus aliqua ad vini haustus irrita provocatio cum solito periculo ebrietatis, ut ad rem S. Augustinus, & S. Ambrosius adducti supra sub num. 18. Si autem per talem potum intenderet, & vellet quis inducere Deum ad sanitatem alteri dandam, esset peccatum superstitiosum, quia esset per actum per se indifferentem, & non spectantem ad Dei gloriam velle movere, & inducere Deum ad aliquid faciendum, quod est superstitiosum, cum ex S. Th. 2. 2. q. 93. art. 2. in corp. & communialiorum actus superstitiosus exerceatur, quoties ad Dei gloriam factus, aliquid ad Deum dicitur, non per se

31 Hinc S. Ambrosius de Elia. & jejuniu cap. 7. sic ait: Quid autem obstinationem potantium loquat? Quid memorem sacramenta quae violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquit, pro salute Imperatorum, & qui non bibent, sit voti reus in devotione. Videtur enim non amare Imperatorem, qui pro ejus salute non bibent. O pio devotiois obsequium; Bibamus pro salute exercituum; pro Comitum virtute; pro florum sanitate. Et haec vota ad Deum pervenire credant. O stultitiam hominum, qui ebrietatem sacrificium putant! Unde Fornerus l. c. cap. 19. suadet Principibus, ne permittant hujusmodi vinaria vota pro sua salute fieri, ne Deus irritatus peccatis, quae intervenire solent, morbo potius illos plectat, quam sanitate donet; Vid. Gobat l. c. sect. 8. par. 101. La Croix l. c. num. 327. Forner. l. c. cap. 19.

Gula filiae quinque assignantur a S. Gregorio l. 3. moral. cap. 37. (aides 31.) a S. Thom. 2. 2. quest. 148. art. 6. in corp. a S. Antonio part. 6. tit. 6. cap. 4. ante & §. 1. & sunt: Hebetudo mentis, inepta laetitia, multiloquium, scurrilitas, immunditia. Per hebetudinem mentis intelligitur obfuscatio intellectus orta ex ciborum, & poculorum fumositate, caput perturbans, atque impediens operationes intellectus, ac rationis, ut non possit penetrare ea, quae ceteroquin possunt, ac debent; & ideo monuit Christus Luc. 21. Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate. Unde S. Joannes Chrysostom. homil. 44. in Joann. sic ait: Nihil gula perniciosius, nihil inogmitiosius est; haec obtutum, & crassum ingenium, haec carnalem animam reddit, haec excacat intellectum, nec sinit, ut quiddam perscipiat. Tunc solum per eam aggravatur malitia gulae, quando per eam impeditur cognitio illorum, quae quis scire debet, v. g. necessaria ad salutem, & necessaria ad recte fungendum officio proprio, & hujusmodi; S. Antonin. loc. citat. Baldell. Theolog. moral. lib. 3. disp. 2. num. 1. & alii. Per ineptam laetitiam intelligitur laetitia vaga, & incompota rediens hominem insipienter hilarem, & eum excitans ad stulte, obscene, aut infamatorie loquendum, ad ridicule saltandum, ludendum, & hujusmodi; Unde Exodi 32. dicitur: Sedt populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, & S. Gregorius lib. 1. moral. c. 4. (aliis 5.) sic ait: Pene omnes epulas comitatur voluptas; nam cum corpus in refectiois delectationem revolvetur, cor ad inane gaudium relaxatur. Ordinarie loquendo non excedit peccatum veniale, nisi adhibeatur gestus, saltus, aut verba ad grave peccatum inducentia, vel grave malum causantia. Per multiloquium intelligitur certa quaedam superflua loquacitas, per quam augetur mortaliter gulae malitia, quando potus, vel cibus ingestus causa est gravis detractiois, secretorum revelationis, & hujusmodi. Unde Proverb. 10. dicitur: In multiloquio non deerit peccatum. Per scurrilitatem intelligitur certa jocularitas, quae excitatur risus per verba inhonesta, aut etiam per actus exteriores inhonestos; S. Th. loc. citat. art. 6. S. Anton. loc. citat. §. 5. Unde S. Chrysostom. homil. 57. ad popul. sic ait: Ubi ebrietas, ibi diaboli, ubi turpia verba, ubi saturitas, illic demonum choros agunt. Scurrilitas si sit in materia indifferenti cum solo excessu in joci, & facietis, est solum

33 venialis. Per immunditiam intelligitur ordinata emissio quarumcumque superfluitatum, sive per vomitum, sive per pollutionem; S. Thomas loc. citat. art. 6. Gobat tom. 2. tract. 5. cap. 23. num. 209. Unde Apostol. ad Ephes. 5. 5. dicit: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, & S. Hieronymus Epist. 83. ad Oceanum sic habet: Venit meus aeternus cito despumat in libidines, in vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est. Ordinarie immunditia est solum peccatum veniale, potest tamen esse mortale, si inde sequatur notabile damnum in corpore, vel bonis fortunae, aut in aliorum scandalum; aut ex excessivo potu, & cibo intendatur, vel praevideatur, & directe procuretur voluntaria pollutio. Haud mirum, si in hoc titulo de gula multa Auctor, vel indulgeat, aut facile a gravitate excuset, cum semper illorum Theologorum sententias adhaereat, qui consunt pulvillos sub omni cubito manus. Adeat Lector Nat. ab Alex. theol. dogm. & mor. l. 3. c. 10. de gula, ubi sanctissima Scripturarum Sanctorumque Patrum doctrina ediscet ea omnia, quae ad hoc capitale vitium pertinent. Praeter ea, quae sunt addita lit. C pag. 177. art. 5. reminisci oportet leg. 36. tit. 5. p. 1. 2. tit. 5. §. 6. tit. 7. p. 2. cum glo. ad cas. D. Gregor. Lop. quae quidem si recte perpenduntur, nihil aliud extra quod supra in hoc verb. est extensum, reperitur. In prima proponitur, ad episcopatum electum se debere a voracitate, & comessationibus abstinere: delictum magnum aestimatur contra se gerens: si in cibo, & potu temperantia non datur, mala non pauca oriuntur: Dei cognitio & sui ipsius deficit: castitas destruitur, & vita parum durationis consequitur: quanta aegritudines, & incommoda contrahantur, naturalis ratio suadet: mors facile invadit, aut corpus habitualibus afflictionibus non erit immunis. In secunda advertitur, opportuno tempore regem, & cibus & potu, corporis valetudini servientibus victitaturum, bene coctis, & praeparatis: juxta prudentum consilia ad vivendum, non ad vescendum nati sumus: praedicta temperantiae virtus sperni nequit: semper, nisi corporis necessitate attenda, epulae sunt despicienda: vini dominationem quilibet effugiet: alia dama, extra in praecedenti lege signata, in hac ostenduntur etiam in idem tendant obiectum: ideo talis potus usquequo aetas permittet, erat regibus vetitus, secus vero in hac vita infirmantur, & in altera cum eis agitur sicut illi, qui rationali vitam relinquunt, & bestiarum degunt. In tertia, & quarta tractatur, qua forma sunt regum filii nutriendi, & in utraque virtus eadem demandatur: quomodo ab eis sit prandendum, quae in convivio sunt fugienda, & quod lotis ante & post prandium manibus debent se praeveneri, declaratur: non omittitur referre bona multa ex sobrietate, munditia, gravitateque provenientia: nec mala, se in epulis ingurgitando, aut inter eas cantus edendo: uno verbo, quomab in narratione detur disparitas, filiae gulae ab Auctore praeposite per dictas leges declarantur. Ad rem vid. verb. Infantes, & quae lit. E. in add. hisp. pag. 208. §. 7. decisionis, cujus ibi fit mentio.)

H

HABITUS.

SUMMARIUM.

episcopatum, sive archiepiscopatum eundem portabunt: quare diversi colores: teroantur: quilibet reli-